

Eiusdem sermo alter, paulò ante quam è vita migraret, de signis futuris in consummatione huius sæculi. I. Loquitur de pseudo prophetis, falsis magistris, & impiis hæreticis, à quibus, iuxta monitum Domini attendendum est, ne seducamur. II. De rigore iudicij, & de modo illum euitadi, per pœnitentiam & bona opera. *Hic sermo habetur inter opera sancti Patris Ephr. em. Tomo 3. in fine pag. 801.*

\* DIONYSII CARTHUSIANI in ea Epist. verba. *Abiciamus opera tenebrarum & induamur arma lucis*, Sermo, in duo membra distributus quorum primum est. Nos debere non solum abicere opera tenebrarum, sed & omissiones operum bonorum; Opera tenebrarum sunt opera exteriora mala, & actus interiores vitiosi, & omnia peccata mortalia, quia 1. Deo summa, veræ & puræ luci aduersantur; 2. per ea à patre luminum speramur; 3. per ea efficiamur miseri & spiritualiter mortui; 4. peccatum est summa vilitas hominis; 5. per ea, membra ac serui diaboli reddimur, iugo impietatis subiiciamur, donis gratiæ & gloriæ priuamur, æternis deputamur suppliciis. Secundum. Necessè esse arma lucis assumere, id est, virtutes & dona Spiritus sancti, quia 1. sine ijs animæ nostræ nuda & debiles sunt; 2. in statu & campo certaminis sumus; 3. ad lucem summam & iucreatam perducunt, *ex sermonibus de temp. à fol. 2. pag. 2. ad fol. 3. pag. 2.*

Eiusdem in Euangel. sermo. de iudicio extremo quod terribile est; Primo. Ex terribilibus signis quæ ipsum præcedent. Secundo, ex qualitate & proprietatibus iudicis summi tunc iudicaturi; qui formidanduserit ratione omnipotentis; sapientiæ; iustitiæ; Tertio, ex conditione, qualitate, & proprietatibus iudicandorum Quarto, ex inflexibilitate iudicis summi, & irreuocabilitate sententiæ ipsius. Quinto ex terrifico aspectu iudicis circa iniquos. Sexto, ex magnitudine pœnæ quæ reprobis infligetur. Septimo ex dispositione in quâ mundus tunc erit, quia à dexteris erunt peccata accusantia, à sinistris dæmonum turba, subtus inferni

chaos superius iudex iratus, mundus ardens, intus conscientia vrens. Octauo, ex multitudinē eorum qui ad erunt se. mundus vniuersus; omnes Angeli, cuncti dæmones. *In sermon. ib. de temp. fol. 5. pag. 1. ad 2.*

Idem, concione 2. de quadripartito Christi aduentu Sermonem habet quorum I est in carnem per quam assumpsit naturam humanam Verbum æternum in sua incarnatione. II. In mentem, id est, spiritualis & inuisibilis aduētus eius ad animas Christo. fideles ad quas descendit. III. Ad mortē, quo Christus in morte singularis visitat, dando eis quod meruerunt. IV. Ad finale iudicium in quo omnes homines cum summâ iustitiâ iudicabit. *Ex sermonib. de temp. à fol. 5. pa. 2. ad fol. 6. pag. 2.*

Eiusdem, sermo tertius de ordine & processu finalis iudicij ad quod venient secundum Aug. 20. de Ciuit. D. cap. 13. Helias Thesbytes, fides Iudæarū Antichristus persecuturus, Christus iudicaturus, mortuorum resurrectio, bonorum & malorum remuneratio, mundi conflagratio, eiusdem renouatio, & ea eo ordine euenient quo hic ponuntur. *Ex sermon. de tempore à fol. 6. pag. 2. ad fol. 7. pag. 2.*

Eiusdem, sermo quartus de signis iudicij vltimum præcæsuris quæ erunt ex D. Hieron. quindecim, 1. Omnia maria exaltabuntur quindecim cubitis supra montes; 2. Prosterntur ita profundè, vt videri vix valeant; 3. In statum redigentur antiquum; 4. Belluæ & omnia animalia quæ mouentur in aquis congregabuntur & super pelagus leuabuntur, per modum contentionis inuicem mugientes; 5. Omnia volatilia cœli congregabuntur in campis inuicē plorantia, non gustantia neque bibentia; 6. Flumina ignea surgent ab occasu solis contra-faciam firmamenti, vsque ad ortum solis fluentia; 7. Omnia sidera errantia & fixa spargent ex se igneus comas sicut cometæ; 8. erit motus terræ magnus, vt omnia animalia prosterntur; 9. Omnes lapides diuidentur in quatuor partes, vnaquaque aliam collidente; 10. Omnes plantæ fluent sangui-